



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 37. Hæc decreta a Legatorum primo approbata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

probabatur, quod in uno, alterove De- Sæc. XVI.  
A.C. 1563.  
creto Cardinales nominati fuerint.

## §. XXXVII.

*Hæc de c r e t a a Legatorum primo  
a p p r o b a t a .*

Postquam omnium animadversiones fuerant exceptæ, cum jam instaret secunda noctis hora, atque ob temporis angustias quivis articulus cum aliis conferri non posset, Cardinalis Moronus Legatorum primus alta voce ita pronuntiabat: „Decreta omnia ferme „ab omnibus comprobantur, complu- „res tamen in variis Decretis anno- „tationes quasdam, declarationesque „addiderunt, quæ rem ipsam non mu- „tant: insuper in secundo etiam, & in „tertio, in quinto, atque in sexto Ca- „pite quædam adnotata sunt, quæ jux- „ta majoris numeri vota compo- „nentur, & æque habebuntur, ac si „fuissent in præsenti Sessione composita, „ac definita. „

## §. XXXVIII.

*Sessio proxima per decretum indicia.*

Denique ab Episcopo, qui Sacris ope- Pallau. n. 12.  
rabatur, prælecta fuit indictio Sef-  
sionis proximæ, ac postremæ, cui nona  
Decembris dies præfixa est, ita tamen,  
ut Patres hoc tempus contrahendi, vel